



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 127. Adriani Romani & Sethi Calvisii fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

positio versiculi tertii Psalmi sexagesimi se-

cundi.

Sæc. XVII.

Sæc. 1615.

## §. CXXVII.

*Adriani Romani & Sethi Calvisii  
fata.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos sibi lo-  
cum vendicare videntur Romanus &  
Calvisius, eoquod circa Ecclesiasticam  
temporum supputationem sui quoque in-  
genii dotes impenderint, & quidem  
Adrianus Romanus patria Lovaniensis,  
& Mathematicorum sui ævi facile prin-  
ceps scripserat *Theoriam Calendariorum*,  
litteris Herbipolensibus anno 1595. ex-  
cusam, præter *supputationem Ecclesiasti-*  
*cam juxta novam veteremque Calendarii ra-*  
*tionem*. Edidit quoque *Theatrum Ur-*  
*bium, ideam Atheosæ universæ, Urano-*  
*graphiam*, & alia opuscula medica. Obiit  
in itinere ad Aquas Spadanas die quar-  
ta Augusti annos natus quinquaginta  
quatuor. Alter vero Sethus Calvisius  
in Turringæ oppido natus Lipsiæ die  
vigesima tertia Novembris anno ætatis  
sæ sexagesimo secundo decessit. Cele-  
bratur ab ipso Scaligero & Petavio ipsius  
*opus chronologicum*: nec minori applausu  
excipiebatur a suis ejus *formula Calen-*  
*dario Gregoriano expeditior*, necnon *Elen-*  
*chus Calendarii Gregoriani*.

*Miræus l. c.*  
*Ser. Scalig.*  
*in Can. Isag.*  
*& Epist.*  
308. 404.

## §. CXXVIII.